N11/2/LATIN/HP2/ENG/TZ0/XX

88112964

International Baccalaureate®
Baccalauréat International
Bachillerato Internacional

**LATIN**
**HIGHER LEVEL**
**PAPER 2**

Tuesday 15 November 2011 (morning)

2 hours

INSTRUCTIONS TO CANDIDATES

- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer four questions from two genres only.


© International Baccalaureate Organization 2011

*Answer **four** questions from two genres **only**. These questions should be taken from the **two** genres you have studied.*

**Genre: Elegiac and Lyric poetry**

**Question 1. Catullus 109, 70, 75, 58**

**109**
iucundum, mea vita, mihi proponis amorem
hunc nostrum inter nos perpetuumque fore.
di magni, facite ut vere promittere possit,
atque id sincere dicat et ex animo,
ut liceat nobis tota perducere vita
aeternum hoc sanctae foedus amicitiae.

**70**
nulli se dicit mulier mea nubere malle
quam mihi, non si se Iuppiter ipse petat.
3 dicit: sed mulier cupido quod dicit amanti,
in vento et rapida scribere oportet aqua.

**75**
huc est mens deducta tua mea, Lesbia, culpa
atque ita se officio perdidit ipsa suo,
ut iam nec bene velle queat tibi, si optima fias,
nec desistere amare, omnia si facias.

**58**
Caeli, Lesbia nostra, Lesbia illa,
illa Lesbia, quam Catullus unam
plus quam se atque suos amavit omnes,
nunc in quadriviis et angiportis
glubit magnanimi Remi nepotes.

(a) Discuss the force of line 6 in the poem 109. *[2 marks]*

(b) Scan lines 3–4 in the poem 70 (*dicit … aqua*). *[2 marks]*

(c) Translate the poem 75.1– 4 (*huc est … facias*). *[3 marks]*

(d) In the poem 58.1–5 (*Caeli … nepotes*), identify **three** ways in which the feelings of Catullus are expressed through poetic devices. *[3 marks]*

**Genre: Elegiac and Lyric poetry**

**Question 2. Horace, *Odes*, 3.7.1–12; 21–32**

quid fles, Asterie, quem tibi candidi
primo restituent vere Favonii
Thyna merce beatum,
constantis iuvenem fide
Gygen? ille Notis actus ad Oricum
post insana Caprae sidera frigidas
noctes non sine multis
insomnis lacrimis agit.
atqui sollicitae nuntius hospitae,
suspirare Chloen et miseram tuis
dicens ignibus uri,
temptat mille vafer modis.
…

frustra: nam scopulis surdior Icari
vocis audit adhuc integer. at tibi
ne vicinus Enipeus
plus iusto placeat cave;
quamvis non alius flectere equum sciens
aeque conspicitur gramine Martio,
nec quisquam citus aeque
Tusco denatat alveo,
prima nocte domum claude neque in vias
sub cantu querulae despice tibiae
et te saepe vocanti
duram difficilis mane.

(a) *quid … Gygen?* (lines 1–5). Give **two** details about the addressee of this poem. *[2 marks]*

(b) Comment on the force of *frustra* (line 21). *[2 marks]*

(c) *at tibi … mane* (lines 22–32). What moral message does Horace emphasize here? Show how it is enhanced by his literary art, referring closely to the Latin text. *[8 marks]*

**Genre: Epic**

**Question 3. Virgil *Aeneid* 6.315–332**

navita sed tristis nunc hos nunc accipit illos,
ast alios longe summotos arcet harena.
Aeneas miratus enim motusque tumultu
"dic," ait, "o virgo, quid vult concursus ad amnem?
quidve petunt animae? vel quo discrimine ripas
hae linquunt, illae remis vada livida verrunt?"
olli sic breviter fata est longaeva sacerdos:
"Anchisa generate, deum certissima proles,
Cocyti stagna alta vides Stygiamque paludem,
di cuius iurare timent et fallere numen.
haec omnis, quam cernis, inops inhumataque turba est;
portitor ille Charon; hi, quos vehit unda, sepulti.
nec ripas datur horrendas et rauca fluenta
transportare prius quam sedibus ossa quierunt.
centum errant annos volitantque haec litora circum;
tum demum admissi stagna exoptata revisunt."
constitit Anchisa satus et vestigia pressit
multa putans sortemque animo miseratus iniquam.

(a) Name the character described in line 315. Where else is he referred to in this extract? *[2 marks]*

(b) Translate lines 322–324 (*Anchisa … numen*). *[3 marks]*

(c) What figure of speech is to be found in line 331? Explain its use in this context. *[2 marks]*

(d) Show how this extract illustrates Virgil's preference for archaic and poetic words. Give **three** examples. *[3 marks]*

**Genre: Epic**

**Question 4. Virgil *Aeneid* 6.847–866**

“excudent alii spirantia mollius aera
(credo equidem), vivos ducent de marmore vultus,
orabunt causas melius, caelique meatus
describent radio et surgentia sidera dicent:
tu regere imperio populos, Romane, memento
(hae tibi erunt artes), pacique imponere morem,
parcere subiectis et debellare superbos.”
sic pater Anchises atque haec mirantibus addit:
“aspice, ut insignis spoliis Marcellus opimis
ingreditur victorque viros supereminet omnis.
hic rem Romanam magno turbante tumultu
sistet eques, sternet Poenos Gallumque rebellem,
tertiaque arma patri suspendet capta Quirino.”
atque hic Aeneas (una namque ire videbat
egregium forma iuvenem et fulgentibus armis,
sed frons laeta parum et deiecto lumina vultu)
“quis, pater, ille, virum qui sic comitatur euntem?
filius, anne aliquis magna de stirpe nepotum?
qui strepitus circa comitum! quantum instar in ipso!
sed nox atra caput tristi circumvolat umbra.”

(a) Indicate who *alii* (line 847) refers to and give the reason for their mention here. *[2 marks]*

(b) Scan lines 852–853 (*hae tibi … superbos*). *[2 marks]*

(c) Name the character alluded to in line 861. Whose son is he? How does Virgil’s literary art put special emphasis on him? Give any **four** details about him from the lines 861–866 (*egregium … umbra*), quoting the relevant Latin in each case. *[8 marks]*

**Genre: Historiography**

**Question 5. Livy, 1.60**

harum rerum nuntiis in castra perlatis cum re nova trepidus rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit viam Brutus – senserat enim adventum – ne obvius fieret; eodemque fere tempore, diversis itineribus, Brutus Ardeam, Tarquinius Romam venerunt. Tarquinio clausae portae exsiliumque indictum: liberatorem urbis laeta castra accepere exactique inde liberi regis. duo patrem secuti sunt qui exsulatum Caere in Etruscos ierunt. Sex. Tarquinius Gabios tamquam in suum regnum profectus ab ultoribus veterum simultatium, quas sibi ipse caedibus rapinisque concierat, est interfectus.

L. Tarquinius Superbus regnavit annos quinque et viginti. regnatum Romae ab condita urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quattuor. duo consules inde comitiis centuriatis a praefecto urbis ex commentariis Ser. Tulli creati sunt, L. Iunius Brutus et L. Tarquinius Collatinus.

(a) What does *rerum* (line 1) refer to? *[2 marks]*

(b) Who is Brutus (line 2) and what role does he play in this part of the story? *[3 marks]*

(c) *Sex. Tarquinius … interfectus* (lines 6–8). What **three** details about the King's son are given in these lines? *[3 marks]*

(d) *duo consules … Collatinus* (lines 10–12). In what way are the new leaders of the Roman state appointed? What major constitutional change is here illustrated? *[2 marks]*

**Genre: Historiography**

**Question 6. Livy, 1.6.1–4**

Numitor inter primum tumultum hostes invasisse urbem atque adortos regiam dictitans, cum pubem Albanam in arcem praesidio armisque obtinendam avocasset, postquam iuvenes perpetrata caede pergere ad se gratulantes vidit, extemplo advocato concilio scelera in se fratris, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti essent, caedem deinceps tyranni seque eius auctorem ostendit. iuvenes per mediam contionem agmine ingressi cum avum regem salutassent, secuta ex omni multitudine consentiens vox ratum nomen imperiumque regi efficit.

ita Numitori Albana re permissa Romulum Remumque cupido cepit in iis locis ubi expositi ubique educati erant urbis condendae. et supererat multitudo Albanorum Latinorumque; ad id pastores quoque accesserant, qui omnes facile spem facerent parvam Albam, parvum Lavinium prae ea urbe quae conderetur fore. intervenit deinde his cogitationibus avitum malum, regni cupido, atque inde foedum certamen coortum a satis miti principio.

(a) *Numitor … efficit* (lines 1–7). Illustrate Livy's literary art by quoting **four** examples and explaining how they contribute to the quality of the narrative. *[8 marks]*

(b) *ita Numitori … condendae* (lines 8–9). What do the twins wish to do and what does that show about them? *[2 marks]*

(c) Translate lines 11–13 (*intervenit … principio*). *[2 marks]*

**Genre: Letters**

**Question 7. Pliny, *Letters*, 3.14.4–8**

diffugiunt servi; quorum magna pars comprehensa est, ceteri requiruntur. ipse paucis diebus aegre focilatus non sine ultionis solacio decessit ita vivus vindicatus, ut occisi solent.

vides quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis simus obnoxii; nec est quod quisquam possit esse securus, quia sit remissus et mitis; non enim iudicio domini sed scelere perimuntur.

verum haec hactenus. quid praeterea novi? quid? nihil, alioqui subiungerem; nam et charta adhuc superest, et dies feriatus patitur plura contexi. addam quod opportune de eodem Macedone succurrit. cum in publico Romae lavaretur, notabilis atque etiam, ut exitus docuit, ominosa res accidit. eques Romanus a servo eius, ut transitum daret, manu leviter admonitus convertit se nec servum, a quo erat tactus, sed ipsum Macedonem tam graviter palma percussit ut paene concideret. ita balineum illi quasi per gradus quosdam primum contumeliae locus, deinde exitii fuit.

(a) *diffugiunt … solent* (lines 1–3). Identify any **two** figures of speech in these lines. *[2 marks]*

(b) *vides … perimuntur* (lines 4–6). What does Pliny conclude about the slaves' action? *[2 marks]*

(c) Translate lines 7–8 (*verum … contexi*). *[3 marks]*

(d) *eques … fuit* (lines 10–13). Briefly summarise the action here described. What significance is given to the action in Pliny's concluding sentence? *[3 marks]*

**Genre: Letters**

**Question 8. Pliny, *Letters*, 10.96.4–5, 9–10**

fuerunt alii similis amentiae, quos, quia cives Romani erant, adnotavi in urbem remittendos.

mox ipso tractatu, ut fieri solet, diffundente se crimine plures species inciderunt. propositus est libellus sine auctore multorum nomina continens. qui negabant esse se Christianos aut fuisse, cum praeeunte me deos appellarent et imagini tuae, quam propter hoc iusseram cum simulacris numinum afferri, ture ac vino supplicarent, praeterea male dicerent Christo, quorum nihil cogi posse dicuntur qui sunt re vera Christiani, dimittendos putavi …

… ideo dilata cognitione ad consulendum te decucurri. visa est enim mihi res digna consultatione, maxime propter periclitantium numerum. multi enim omnis aetatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam vocantur in periculum et vocabuntur. neque civitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio pervagata est; quae videtur sisti et corrigi posse. certe satis constat prope iam desolata templa coepisse celebrari, et sacra sollemnia diu intermissa repeti passimque venire carnem victimarum, cuius adhuc rarissimus emptor inveniebatur. ex quo facile est opinari, quae turba hominum emendari possit, si sit paenitentiae locus.

(a) *fuerunt … remittendos* (lines 1–2). How and why does Pliny treat these differently? *[2 marks]*

(b) *certe satis … inveniebatur* (lines 13–15). Give any **two** consequences resulting from a milder approach to Christians. *[2 marks]*

(c) What general picture of the growth of Christianity emerges from this extract? How is it supported by Pliny's literary art? Make at least **three** points, supporting your answer with quotations from the extract. *[8 marks]*

**Genre: Satire**

**Question 9. Juvenal, *Satires*, 16.25–28, 48–59**

quis tam procul adsit ab urbe
praeterea, quis tam Pylades, molem aggeris ultra
ut veniat? lacrimae siccentur protinus, et se
excusaturos non sollicitemus amicos.
…
ast illis quos arma tegunt et balteus ambit
quod placitum est ipsis praestatur tempus agendi,
nec res atteritur longo sufflamine litis.
solis praeterea testandi militibus ius
vivo patre datur. nam quae sunt parta labore
militiae placuit non esse in corpore census,
omne tenet cuius regimen pater. ergo Coranum
signorum comitem castrorumque aera merentem
quamvis iam tremulus captat pater; hunc favor aequus
provehit et pulchro reddit sua dona labori.
ipsius certe ducis hoc referre videtur
ut, qui fortis erit, sit felicissimus idem …

(a) What general significance is here given to the name *Pylades* (line 26)? What figure of speech is illustrated by this usage? *[2 marks]*

(b) Scan lines 48–49 (*ast illis … agendi*). *[2 marks]*

(c) *solis … datur* (lines 51–52). Explain the practice mentioned here and its importance in relation to the theme of this extract. *[3 marks]*

(d) Translate lines 54–57 (*ergo Coranum … labori*). *[3 marks]*

**Genre: Satire**

**Question 10. Juvenal, *Satires*, 1.19–36**

cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
per quem magnus equos Auruncae flexit alumnus,
si vacat ac placidi rationem admittitis, edam.
cum tener uxorem ducat spado, Mevia Tuscum
figat aprum et nuda teneat venabula mamma,
patricios omnis opibus cum provocet unus
quo tondente gravis iuveni mihi barba sonabat,
cum pars Niliacae plebis, cum verna Canopi
Crispinus Tyrias umero revocante lacernas
ventilet aestivum digitis sudantibus aurum
nec sufferre queat maioris pondera gemmae,
difficile est saturam non scribere. nam quis iniquae
tam patiens urbis, tam ferreus, ut teneat se,
causidici nova cum veniat lectica Mathonis
plena ipso, post hunc magni delator amici
et cito rapturus de nobilitate comesa
quod superest, quem Massa timet, quem munere palpat
Carus et a trepido Thymele summissa Latino;

(a) Explain the allusion contained in the phrase *magnus Auruncae alumnus* (line 20). Why do you think Juvenal made use of it? *[2 marks]*

(b) Scan lines 34–35 (*et cito … palpat*). *[2 marks]*

(c) *cum tener … Latino* (lines 22–36). Show how the series of examples constitutes a manifesto of a satirist. Which notable features of Juvenal's Latin support this interpretation? *[8 marks]*